



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 80. Cardinalis Arelatensis constantia tempore pestis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
 A.C.1439.
 Sæcul. XV.
 A.C.1439.

tientiſ Epifcopi, Abbas de Dona, & plu-
 res alii pariter obierunt. Æneas Sylvius
 eadem lue correptus, mortem tamen e-
 vaſit (*) Joannes Pinanius vero Rotho-
 magenſis, Sylvii amicus, & primus Are-
 latenſis Cardinalis Secretarius hoc Dei
 flagello tactus periit, ſummo Baſileen-
 ſium Patrum luctu: Idem & ab Ænea
 Sylvio *alter ego* appellabatur.

§. LXXX.

*Cardinalis Arelatenſis conſtantia tem-
 pore peſtis.*

Cum ſinguli ſibi præſentaneæ luis pe-
 ricula timerent, mortemque vix non
 in momenta expectarent, atque omnes
 Cardinalem Arelatenſem impenſe roga-
 rent, ut ipsis in quamdam vicinam vil-
 lam ſecedendi facultatem daret, ſpon-
 derentque, ſe remittente nonnihil peſte
 prompte redituros, Cardinalis tamen eo-
 rum precibus flecti haud potuit, ſed po-
 tius cum vitæ ſuæ periculo Concilium
 ſuſtentare, quam cum periculo Concilii
 ſervare vitam voluit. Hæc Viri conſtan-
 tia

(*) *Ut malitiam, inquit Bzovius ad hunc
 annum num. 13, & proterviam Baſileenſium
 aliquando erubeſceret, denunciaret, & conſu-
 taret.*

Sæcul. XV.
A.C. 1439.

tia ceteros quoque Patres intra urbem
continuit, qui ignaviæ notam se incur-
ros timebant, si eorum Præsides audaces
permanente, ipsi fugere vellent. Ergo
Patres, donec bimestris temporis inter-
vallum a die Eugenii depositi computa-
tum expiraret, Basileæ præstolabantur
interea tamen deligebant Legatos ad
Conventum Francofordiensem per Elec-
tores Imperii circa Calendas Augusti
celebrandum; alios ad Synodum Pro-
vincialem Moguntia ad diem quintum
decimum ejusdem Mensis indictam, alios
ad Conventum Bituricensem a Rege Fran-
corum convocatum decernebant; & dabo-
que nonnullos ad Imperatorem, & Hispa-
niæ Regem, qui horum Principum gratiam
sibi conciliarent. Postrema mensis Au-
gusti die Generalis habita est Congrega-
tio, in qua Basileensis Synodus omnes
gratias expectativas, ac nominationes ad
beneficia ab Eugenio concessas revoca-
vit. Eodem die quidam, qui Eremita
habitum indutus, Basileam petierat, non-
nullos articulos porrexit erroneos, quos
extraxisse se dixerat ex libro *Animo
simplicis*, quibus Eugenium favere, illum-
que omnes qui errores illos impugnant
coercere, criminabatur. Verum ejus de-
lationi nulla habita est fides.

*Aug. Patric.
Conc. Basil.
& Florent.
art. 94. tom.
13. Conc.
p. 572.*